82 22

tempore praefixo Solutionis eorum subsiditer ad solvendum succumbendo Et locis officio praesenti Castrensi Capitaneali Brzescensi in primo Terrestri termino personaliter sive parere respondere pro vadio ac summa praesenti ali satisfacere omnique indicatur parti suis cum successoribus tenebitur sine ulla dilatione motione appellatione diffugio ac exceptione. Personali sua recognitione ad id accedente.

Czyzewsky Praecommissio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Brzescens. perso. comparens Nobilis Vincent. olim Melchioris Toborowsky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia prout successionem maternam suam quantum attinet tantum vulnerum olim Nobilis Annae Zarzinska matris suae per Nobilem ... abrenunciat et obductionem vulnerum de actu in libris Regni Brzescensi ... post Dominicam Reminiscere quadrage. Anno 26 ... praesentando Nobili ... Czyzewsky ... praesenti ... et cedit ea conditione quia pater suus Nobilis Czyzewsky pro eisdem vulneribus respective concordi ... secum inita ... debebit ex praedictorum vulnerum finalem executionem et satisfactionem ... dicare ac processum ex instantia sui inceptum non obstante eiusdem recognoscentis absentia et nulla memorato ... sine ulla iuris contra ... allegatione et contradictione legitime et si aliter continuare et conuincere et in persona sui obtinere tenebitur ... obductionis solutione sua praesenti recognitione ... dicante.

Dragowskie Quietantur.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Brzescens. perso. comparens Generosus Simon olim Sebastiani Oldakowsky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobilem Simonem et Albertum Dragowsky et Simonem filium eius de causis et actionibus coram quouis Judicio et officio Regni iam ... quam ... praesenti Ratione famuli praefugitiua et alia ratione equi coloni ... habet obinitam concordiam et praesentem sufficientem satisfactionem quietat eundem et Albertum facit processus eo nomine ... annihilat perpetuo.

G. Krasowsky Pincerna T.B. Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Brzescensibus perso. comparens Nobilis Catherina filia olim Joannis Olendzky ex olim Nobilis Hedwigi Domanowska genita consors primi nuptus Nobilis Nicodemi Zalesky, ad praesens conthoralis Nobilis Stanislai Osrdowsky cum eiusdem mariti sui viti tutoris coniugalis personali assistentia et consensu spontaneo sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Generoso Alberto Grzymer Krasowsky Terrae Bielscensis Pincernae et ipsius legitimis successoribus Bonorum suorum immobilium in hereditate Domanowo consistens in possessione dicta Kosmowa Laska sortem suam incipiendo a sepe successorum Tur. Domanowsky per fluuium usque ad campum prout a natura tenet sortem suam in piscina et area Area piscinam ab area Nobilis Nicolai Domanowsky ad metam Turowa penes metas sororum suarum germanarum ... Item in Tertio loco sortem suam ab arbore salicea ad eandem metam Turowa protendens penes metam eandem sororum suarum. Cum agris praeter Syluis et omnibus utilitatibus ac attinentiis, item in morgo post ... nali ad metam Nobilis Nicolai Domanowsky protendens penes metas sororum

suarum

1205

suarum germanarum iacentibus cum omnibus in genere et singulis in specie utilitatibus, fructibus, attinentiis et pertinentiis nullis exceptis, nec non cum omni iure suo dominio, proprietate, propinquitate, titulo, haereditario pura mera sincera et irrevocabili donatione temporibus perpetuis dedit, donavit, inscripsit ac irrevocabiliter resignavit. Cui eam ex nunc eadem recognoscens in praedicta bona ad praesens donata in intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione permittit, et Nobiles dominos quem et quos sibi commodius adducere potuerit officio ad acceptandam dat et admittit. Submittitque se eadem recognoscens cum sua posteritate et de bonis suis omnibus in solidum memoratum donatarium suum suosque successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico et extraiuridico quarumvis personarum propinquarum et remotarum utriusque sexus status et conditionis quicunque eas fuerint, per et contra omnes contradictiones toties quoties opus et necesse fuerit, tueri, defendere, evincere, eliberare, intercedere, pacificare solaque tam per se quam per quasvis submissas et subordinatas personas non inquietare, imo ea bona munda et libera facere sub damnis eorum simplici verbo absque corporali iuramento taxatis et edicendis. Et coram officio praesenti castrensi Brańscensi in primo curiae nomine termino in primo citationis termino peremptorie stare, parere, respondere, praedamnis ac litteris omnibus satisfacere omnique iudicatum pati suis cum successoribus tenebitur. Omnibus controversiis, exceptionibus, allegationibus, quorum dilationibus, infrascribendis motionibus, appellationibus ac earum quibusvis prosequendis prorsus renunciare volendo. Imo his et aliis universis iuris remediis, defensis legalibus, impedimentis etiam de iure concessis, sibi se et suos successores renunciando, absorbendo et abrenunciando.

Pulasky **Debitum.**

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneatus Brańscensis personaliter comparens Nobilis Paulus olim Gabrielis Jankowsky sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Valentino olim Alberti Pulasky sibi ipsius legitimis posteris tenetur estque debitus certi et liquidi debiti mutuatae pecuniae pro equo coloris siwy apud ipsum empto summam octodecem florenorum polonicalium, quam quidem summam octodecem florenorum polonicalium idem recognoscens cum suis successoribus submittit se ac de bonis suis omnibus in solidum eidem creditori suo suisque successoribus hinc pro festo sanctae Margarethae virginis et martyris proxime futuro parata pecunia solvere, reddere realiter et effectualiter restituere aut circa acta officii praesentis reponere et relinquere repositamque et relictam ad se versus ab officio praesenti non recipere nec modo quovis arestare aut eandem cum sub vadio simili aliorum octodecem florenorum polonicalium. Et coram officio praesenti in primo secundum termino peremptorie respondere ac satisfactione. Omnibus in universum iuris remediis et defensis se et suos successores sibi absorbendo.

Woiensky **Tenetur.**

Coram officio et ~~actis~~ praesentibus castrensibus capitaneatus Brańscensis personaliter comparens Nobilis Roslanus olim Mathiae Woiensky in his Regni sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni filio Bartholomaei Woiensky et ipsius posteris tenetur estque debitus certi veri et liquidi debiti mutuatae pecuniae sexaginta polonicalium hinc et a data praesenti in pro

Festo solenni